UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Andreas Gualdanes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Visual Library

ba: *Homines iſti tam grandi ſupplicio mactantur, quia Chriſtiani ſunt*. Ita exuſtus eſt, poſt pulcherrimam ad populum allocutionem, humi flectens. *Simon Yempo* è Bonzij cuiuſdam diſcipulo factus eius Socius, & laborum comes, optabat in Societatem admitti, & in odium fidei Chriſtianæ occidi: vtrumque eſt conſecutus.

P. Andreas Gualdanes.

Hunc hoc die collocat Iacobus Stratius in ſuo menologio. Fuit P. Andreæ Ouiedo Patriarchæ ſuperſtes, olim ſocius, vir ſinè dolo, ac in Abyſſinorum ſalutem totâ contentione intentus. Vnde intra quinque menſium interuallum, eorum linguam perdidicit, & inſti- *Luſit. Mazuæ. 5. Dec. 1596.*

tu-

tutiones ac documenta fidei Chriſtianæ Abyſſinorũ idiomate ſcitè deſcripſit, ad Schiſmaticorum reductionẽ. In Mazua deinde Arabici ſinus inſula, cùm Chriſtianum, & quidem Sacerdotem, eum eſſe agnoſcerent barbari; à Turcis Chriſtiani nominis odio incitatis tentus, & haſtis transfixus eſt.

Fides.

P. Ioannes Metella, &
P. Ludouicus Matthæus
Polingottus.

Luſitanus. Mettei-gammæ. 6. Dec. 1616. ætat. 32. Soc 18. Alter Italus. ibid. ætat. 38. Soc. 13.

Cùm in Matteigammenſi Ceilani Regni oppido laborarent fideles hi Euãgelij ſatores, Candiani milites amore ſuæ ſectæ ac ſuorum ſacrificulorum (quibus horum præſentia officiebat quàmplurimùm) odioque fidei, & illorum qui eam fidem prædicabant accenſi,

eos